



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum vita contemplatiua hominis possit in statu eleuari vsque ad Dei
visionem? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Virum vita contemplativa secundum statum huius
vita possit perungere ad visionem divina
essentia?

852

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod vita
contemplativa secundum statum huius vitæ pos-
sit perungere ad visionem divinæ essentia: quia ut
habetur Gen. 32. Iacob dixit, Vidi Deum facie ad fa-
ciem, & salva facta est anima mea. Sed visio faciei
Dei est visio divinæ essentia. Ergo videtur quod ali-
quis per contemplationem in presenti vitæ possit se
extendere ad videndum Deum per essentiam.

1. q. 12. a.
11. Et 12
q. 93. a. 2
Et 3. di.
35. q. 2.
ar. 2. &
4. di. 49.
q. 2. a 7.
& 3. cō.
c. 47. &
ve. q. 10.
ar. 11. &
quoli. 1.
ar. 1.
c. 27. cit.
fin.

¶ 2 Præterea, Greg. dicit in 6. Moral. * quod viri
contemplativi ad semetipsum introrsus redeunt in eo
quod spiritualia rimantur, & nequaquam secum re-
rum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas,
manu discretionis abigunt, sed incircumscriptum lumen
videre cupientes, cunctas circumscriptionis suæ ima-
gines deprimunt: & in eo quod super se contingere
appetunt, vincunt quod sunt. Sed homo non impedi-
tur a visione divinæ essentia, quæ est lumen incir-
cumscriptum, nisi per hoc, quod necesse habet inten-
dere corporalibus phantasmatis. Ergo videtur quod
contemplatio presentis vitæ potest se extendere ad
videndum incircumscriptum lumen per essentiam.

¶ 3 Præterea, Greg. in 2. Dial. dicit *, Animæ
videnti Creatorem, angusta est omnis creatura. Vir
ergo Dei (scilicet beatus Benedictus) qui intra glo-
bium igneum, angelos quoque ad cælum redeuntis vi-
debat, hæc proculdubio cernere non nisi in Dei lu-
mine poterat. Sed B. Benedictus adhuc in presenti vi-
ta vivebat. Ergo contemplatio presentis vitæ potest
se extendere ad videndam Dei essentiam.

cap. 33. a
med.

SE D contra est, quod Greg. dicit super Ezech. *
Quamdiu in hac mortali carne vivitur, nullus ita in
contemplationis virtute proficit, ut in ipso incircum-
scripto luminis radio, mentis oculos infigat.

Hom 14.
inter me.
& fin.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Aug. dicit
Nn 2 su-

1. 12. c. 27 super Gen. ad literam, Nemo videns Deum, vivit
ist. fr. 1. 3 ista vita, qua mortaliter vivitur in istis sensibus cor-
poris. Sed nisi ab hac vita quisque quodammodo mor-
riatur, siue omnino exiens de corpore, siue alienatus
a carnalibus sensibus, in illam non subuehitur visio-
nem: quæ supra diligentius pertractata sunt, ubi di-
ctum est de raptu; & in primo, ubi actum est de Dei
visione. Sic ergo dicendum est, quod in hac vita
potest esse aliquis dupliciter. Vno modo secundum
actum: in quantum scilicet aqualiter vivit sensibus
corporis. Et sic nullo modo contemplatio præsentis
vitæ potest pertingere ad videndum Dei essentiam.
Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentius-
ter, & non secundum actum: in quantum scilicet ani-
ma eius est corpori mortali coniuncta vt forma: ita
tamen, vt non utatur corporis sensibus, aut etiam ima-
ginatione: sicut accidit in raptu. Et sic potest contem-
platio huius vitæ pertingere ad visionem diuinæ effe-
ctiæ. Vnde supremus gradus contemplationis præse-
ntis vitæ est, qualem habuit Paulus in raptu, secundum
quem fuit medio modo se habens inter statum præ-
sentis vitæ, & futuræ.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Dion. in
epistola ad Caium monachum dicit, Si aliquis vidit
Deum, intellexit quod vidit: non ipsum vidit, sed
quid eorum quæ sunt eius. Et Greg. dicit super Eze-
quiel quod nequaquam omnipotens Deus iam in sua clar-
itate conspicitur, sed quiddam sub illa speculatur
ma, vnde rectè proficiat, & post ad visionis eius
riam pertingat. Per hoc ergo quod Jacob dixit
Dominum facie ad faciem, non est intelligendum
Dei essentiam viderit, sed quod formam, scilicet ima-
ginariam vidit, in qua Deus locutus est ei. Vel quia
per faciem quemlibet agnoscimus, cognitioni Dei
ciem eius vocavit: sicut glossa Greg. ibidem.

Ad secundum dicendum, quod contemplatio
mana, secundum statum præsentis vitæ, non potest
se absque phantasmatis: quia connaturale est hu-

In epi. 1.
qua inci-
pit, Tene-
bræ, in
me. illi.
† Ho. 14.
iter me.
¶ si. 6.
libro 18.
Mo. c. 37.
† Gl. ord.
sup hunc
locum ex
Gre.

min
deat
relle
bus
verit
etiar
cit
lorum
quibu
tuim
gniti
est qu
lium
in eis
confi
Ad
rij no
in illa
re, q
creatu
uni le
de ful
toris
Virtu
S
A
tur pe
4. cap.
ad qui
in don
quieti
tuz
¶ 2
relle
lis con

mini, ut species intelligibiles in phantasmatis videntur: sicut Philof. dicit in 3. de Anima. Sed tamen intellectualis cognitio non sistit in ipsis phantasmatis: sed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis. Et hoc non solum in cognitione naturali, sed etiam in eis, quæ per reuelationem cognoscimus. Dicit enim Dionys. 2. cap. Cælest Hierar. † quod angelorum hierarchias manifestat nobis diuina claritas in quibusdam symbolis figuratis: ex cuius virtute restitutum in simplum radium, id est, in simplicem cognitionem intelligibilis veritatis. Et sic intelligendum est quod Greg. † dicit, quod contemplantes corporali-um rerum umbras non secum trahunt: quia videlicet in eis non sistit eorum contemplatio, sed potius in consideratione intelligibilis veritatis.

a me. col
ligitur.

loc. cit. in
arg.

Ad tertium dicendum, quod ex verbis illis Gregorij non datur intelligi, quod Beatus Benedictus Deum in illa visione per essentiam viderit: sed vult ostendere, quod quia videnti Creatorem angusta est omnis creatura, consequens est quod per illustrationem diuini luminis de facili possint quæcumque videri. Unde subdit, Quantumlibet enim parum de luce Creatoris aspexerit, breue ei fit omne quod creatum est.

853

ARTIC. VI.

Virum operatio contemplationis conuenienter distinguatur per tres motus, circula-rem, rectum, & obliquum?

Su q 179

a. 1. ad 3

Et ver. 9.

8. ar. 15.

ad 3

q. 10. a. 8

ad 10

Dio. 4. is.

7 cor 21.

Et op 10.

13. ca. 2.

Et 3.

* p. 1. a

med.

† Ibid.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter operatio contemplationis distinguatur per tres motus, circula-rem, rectum, & obliquum, 4. cap. de Diuin. nom. * Contemplatio enim tantum ad quietem pertinet: secundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam, conuiescam cum illa. Sed motus quieti opponitur. Non ergo operationes contemplatiuæ vitæ per motus designari debent.

¶ 2 Præterea, Actio contemplatiuæ vitæ ad intellectum pertinet, secundum quem homo cum angelis conuenit. Sed in angelis aliter assignat Dion. † hos

N n 3 mo.